ILLUSTRISSIMO D. PATRIARCA HIEROSOLYMITANO. ROMANA HÆREDITATIS DE ARIGONIS. MERCURIJ...

& inualidum, ex eo quod testator non scripserit nomen hæredis, nec ore proprio illum nominauerit iux. tex. in l. hac consultissima, & l. iubemus C. de testam. quia respondebatur solẽnitates prædictas requiri in testamento in scriptis non autem in testamento nuncupatiuo prout erat illud, quod fuit scriptum à Notario, & deinde subscriptum à Cardinali his præcisis verbis Ego Pompeius Card. Arigonus dispono vt supra manu propria, quod genus testandi ad relationem cedulæ scriptæ per Notarium habet vim testamenti nuncupatiui impliciti, & valet perinde ac si ipsemet testator ore proprio hæredem nominasset absque eo quod testes legerint, viderint, aut certiores facti fuerint de dispositis in d. cedula, Bart. in l. si ita scripsero ff. de cond. & demonstr. Ias. in l. vbi aũt §. illud n. 2. ff. de verb. oblig. Clar. in §. testamentum. q. 36. n. 2. Card. Mant. de coniectur. lib. 1. tit. 7. n. 7. Guttierez pract. quæst. lib. 2. q. 41. n. 4. & seqq. Magdalen. de numero testium par. 1. c. 27. n. 9. & fuit resolutum in illa Romana testamẽti 9. Decẽb. 1620. corã Reuerẽdiss. D. meo Decano vbi inter cætera ponderatur quod testator hoc casu præsumitur bene vidisse prius institutionẽ hæredis ac oĩa alia contenta in d. testõ manu aliena scripto, Ias. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus n. 14. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 147. n. 3. lib. 2. Paris. cons. 77. n. 26. & cons. 88. n. 34. lib. 3. quod sine dubio censetur fecisse Cardinalis iuris peritus consumatissimus, & qui non erat de tẽpore testamenti adeo infirmitate grauatus, vt contenta in eo videre non valeret præcipuè cum testamentum esset nimis breue, & ictu oculi potuisset substantiam illius inspicere, prout fuit consideratum in d. Romana testamenti nuper allegata.

Nec refert quod in subscriptione testium in d. testõ vnus testis se subscripserit pro alio nesciente scribere, quia hoc non operatur, quo minus testamentũ nõ sustineatur maximè cũ sit nuncupatiuum, prout ex supradictis fuit ostensum.

Minus obstant, quæ secundo loco contra dictum testamentũ opponebantur de inualiditate ratione alienationis mentis qua dicitur Cardinalẽ de tẽpore testamenti laborasse, fuit enim per Dños responsum istum defectum pro parte D. Lucretiæ deductũ nullo modo probari, regula. n. est neminem dementem, sed potius sanæ mentis præsumi iux. text. in l. nec codicill. & ibi Bal. C. de codicill. l. fin. C. de hæred. instit. c. fin. de success. ab intest. Paris cõs. 87. in princ. lib. 3. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 18. n. 6. & seq. vnde debuit d. defectus ex aduerso plenè, & concludenter probari, Bart. in l. is potest. n. 15. ff. de acquir. hæred.

tate potius causatos qui cum non excludant vsum rationis, ac iudicij nō tollunt facultatē disponendi, iux. notata per Ias. in l. furiosum. n. 4. C. qui testam. fac. poss. Dec. in l. humanitatis. C. de impub. Corn. cons. 261. n. 21. lib. 4. Decian. cons. 51. n. 82. lib. 4. Menoch. cons. 683. n. 14. Magdalen. de numero testiū par. 2. c. 4. n. 97. cū alijs in Romana donationis 11. Ianuarij 1619. corā Reuerendiss. D. meo Seleucien. Secundò, quia nec de dementia, nec de prædictis actibus à grauitate infirmitatis procedentibus deponunt de tempore testamē ti, prout est necessarium ad illius inualiditatem l. 2. & l. qui testamēto §. quæcunque, vers. nec furiosus ff. de testam. Corn. d. cons. 261. n. 22. lib. 4. Tertiò, quia d. testes non concludunt quod Cardinalis habere non potuerit dilucida interualla quatenus ex dictis actibus resultaret dementia, quod multum facit ad excludendam inualiditatem testamenti, quod præsumitur factū de tempore dilucidi interualli, prout fuerunt hæc omnia benè ac latius pōderata in Perusina hæreditatis 12. Iunij 1617. coram D. meo Buratto, Romana donationis 15. Maij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Seleucien. Romana hæreditatis de Gracchis 1. Decembris 1618. coram D. meo Remboldo, & in dicta Militen. testamenti coram me.

Vltra quod pro parte eiusdem D. Lucretiæ fuerunt examinati alij plures testes, qui dicunt quod de tempore testamenti Cardinalis erat compos mentis, & prudenter, ac congruenter loquebatur, quibus testibus de sanitate mentis deponentibus debet magis credi, quam prædictis deponentibus de dementia, Dec. in l. furiosum n. 20. C. qui testam. fac. poss. Corn. cons. 219. n. 7. lib. 1. Decian. cons. 127. n. 35. lib. 3. Gabr. de testibus concl. 4. n. 19. Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 45. nu. 21. Rot. decis. 577. n. 10. par. 1. diuers. etiam quod essent numero pauciores, Boer. decis. 23. n. 93.

Nec refert quod istis testibus cum sint domestici, & familiares eiusd. Cardinalis nempe Præfectus Domus Præpositus cubiculo, Medicus, Secretarius, & alij videatur de fide diminui, nam cum fuerint inducti pro parte D. Lucretiæ nō videntur ab ea contra illos posse dari exceptiones ad tex. in l. si quis testib. C. de testib. Menoch. cons. 60. n. 17. & 18. Gram. dec. 34. n. 12. & seq. Mātic. dec. 274. sub n. 1. & fuit dictum in Pacen. Puritatis 6. April. 1619. coram me.

Quibus accedit, & hoc mouit etiā maximè Dominos ad respondendū pro validitate d. testamenti quod Cardinalis rectè ac prudenter disposuit in d. testō reliquit enim hæredes inter alios duos nepotes Prælatos in Curia cognitos,

quos

præalleg.Romana teſtamenti corã D.meó Decano,& Militen. teſtamenti coram me.

Ex quibus ita fuit reſolutum.

ROMÆ,

Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. XXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

præalleg.Romana teſtamenti corã D.meó Decano,& Militen. teſtamenti coram me.

Ex quibus ita fuit reſolutum.

ROMÆ,

Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. XXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

præalleg.Romana teſtamenti corã D.meó Decano,& Militen. teſtamenti coram me.

Ex quibus ita fuit reſolutum.

ROMÆ,
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. XXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.